



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

32. Quis vagabundis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

84 DE NECES. ET MOD. MINIST.

a arg.c.fin.de  
parochiis. peste(a) inficiuntur, quia is pro illo tempo-  
re censetur eorum pastor.

Dices: Quid si a domicilio demum heri  
vel nudiustertius recesserint.

b. Quidam volunt viatores peregrinos  
& huiusmodi demum sortiri forum, si per  
annum absuerint a loco habitationis, alii si  
absuerunt quinque fere mensibus, alii, si v-  
no mente, modo longius absint a suo do-  
micio, nec facile possit pastor proprius il-  
lis seruire: Sed in casu pestis in quo versa-  
mur, putamus etiam breuitus tempus suffi-  
cere, nec prefatos Doctores in hoc casu a-  
liud dicturos fuisse, praesertim si proprius

b De consuet. pastor facile haberi non possit, quia (b) m-  
e peruenit. ceſtas legem non habet.

Q V A E S T I O XXXII.

Quis Vagabundis.

Quæstionis explicatio.

c. Gloss. &  
Barth. in l.

dies. §. Prætor  
ff. de damno  
infect. & Pa-  
nor. apud Syl  
ueſt. verb. cō-  
fess. i. q. i. in  
fine.  
d arg.c.fin.a.  
de parochiis.

V Agabundi (c) dicuntur, qui non ha-  
bent certum domicilium, nec qua-  
runt, nec petunt habere.

Reſponſio.

T Enetur illis ministrare pastor (d) in  
cuius parochia peste decumbunt,  
quia

quia cum nullam certam habeant parochiam, necessario censentur esse illius, in qua pro tempore huiusmodi necessitatis reperiuntur.

Dices: Vagabundi non sunt melioris conditionis quoad sacramenta, quam incolae & alii: Sed incolae alicuius loci non habent tot pastores ad quot loca commigrare volunt. Ergo, &c.

R. Negando Consequentiam, magna enim est ratio diuersitatis, quia incolae certum aliquem pastorem habet, isti nullum. Nec propterea melioris sunt conditionis, quod pastor loci, in quo in tali necessitate reperiuntur, fiat illorum pastor, tum quia non habent actu nisi unum pastorem, tum quia incola, si casu peste corripiatur in extera patria, ille in cuius parochia continget illum peste corripi, fiet illi pastor.

### QVÆSTIO XXXIII.

*Quis illis, qui in duabus parochiis ex aequo habitant in una æstivalem in altera hyemalem domum habentes.*

Quæstionis explicatio.

**I**N hac quæstione duo videntur facere difficultatem. 1. quod huiusmodi domus solent esse vicinæ. 2. quod altera æstivalis, videtur magis ad aliquam animi recreatio-

F 3 nem